et vere philosophari docebunt. Non domi more  
(quorum nunc m̄teris numerus ē) de quibz  
Arist: pleriq; inq̄, cum hęc (victus actōnis  
intelligit) agere non turent, ad verba

confugiunt philosophare se arbitrantur, itaque  
 sperant futurum, ut domi sint, non multum  
 ab aegris differentes, qui medicas studiose ac  
 diligenter audiant, sed nihil eorum, quod illis  
 proprium fore facere volunt. Verum in epist.  
 modum ex eodem, et librum in antidotum  
 texere videtur; concludo si unum hoc adieceris,  
 me in aliqualem gratiam attestatiorem habere  
 alyt nostrarum. Disputationem transmittere.  
 Quasi fortasse non admodum palato tuo sapient  
 tamquam hoc non accipias fore spero: quod ex  
 hanc nonnullis tuis amiri in philosophia  
 progressum cognoscere. Vale bene ornatissimo  
 et amantissimo com. pceptore D. Tibautium  
 natam et p. condiscipulum D. Solium aucta  
 mendum colere me desine. Fratri tuo D. Didero  
 D. captero egerisq. amaris p. oportunitatem  
 a me salutem dices quibus me grabeis. Cursum  
 Lugduni 14 Apr. 1592. p. l. n. n. n.

Dectissime ac consultissimo viri  
 Altera tua littera, sequens gratissima, mihi  
 paucis abhinc diebus tradita sunt, ex qua  
 ut studium tuum et monstrari in patris  
 historia, ita non minus animatum tuum  
 sicca me impense prope sum & benevole  
 plene et plarie perspexi. sponte me tibi  
 ignot

\*

ignotissimum per literas primam compul-  
lasti, tuamque mihi operam obtulisti,  
& quam quocumque abunde prestasti: de  
vincisti vero me ex te tuis literatis &  
cumulatis beneficijs quam maxime, magis  
effecisti tuum. Desidero et spondeo in super  
literale colloquium in posterum super rebus  
patriam historiam spectantibus amirè  
conferendi & confabulandi. Ego sane  
immortalem tibi gratiam habeo: utina  
vero referre possim! exosculor inter amicum  
tuum, daboque pro modulo operam, ne  
benevolentia tua & amicitia indignus  
merito habendus sim: mutuumque porro  
literale colloquium, ambabus (ut dicitur)  
manibus libens amplector. Ingratissimus  
equidem sim, nisi te vix amem, qui  
errantem me in viam conaris reducere  
& ignorantem instruere ad plenioram  
haerlemi nostri historiam; & stultis-  
simus nisi te operam tuam ultro mihi  
offerente, libentissime familiarissimè  
vixi velim. Vixissimè tu me vtere ut  
tuo.

vltis

tuo, & merito tuo. Quod dignitas tua  
 de monachorum tabularum incuria ac  
 potissimum malâ fide literis tuis inveni-  
 scio verissimum esse; ac proinde ipsorum  
 scriptis caute cum delectu ac iudicio ven-  
 tendum. Ego vero sic nonnunquam ipso-  
 rum monumenta & chronica Holl Carmelita  
 monachi Haerlemensis allego, ut expresso  
 loco libro, & capite, fidem penes autorem  
 relinquam; quemadmodum & magni illi  
 fluminis nostri in Bataviâ nâ non semel  
 fecisse comperio. Com. . . tamen & ius-  
 tissimi tui moniti, & pondus agnosco, &  
 libenter admitto. potissimum a  
 ob diploma ad me missum, tuâ manû pro-  
 pria studiosè descriptum et depictum sum-  
 mas tibi gratias ago, quod altero tome  
 Haerlemi nostri, quem melior, etiâ præ  
 manibus habeo, aut totum inseram, aut  
 saltem de ipsius & tui quoque vir præsta-  
 tissime, amice charissime, honorarum  
 faciam mentionem. Nominibus quoque  
 nobilium de Haerlem ipsis posteris recognitis  
 & me beasti, & illos tibi non immerito  
 nec mediocriter debinxisti, quæ dicto  
 quoq.



quoque Tomo suo loco ordine (cum boni legi)  
inferant. Velim a. hic pauca ex te dis-  
tinguis cognoscere. Simonij de Haerlem (ing)  
in diplomate Regis. Wilhelmi a. 1248. re-  
centitur. Item in diplomate Domine de leon  
a. 1268. obignat sponsor 2us. Velim ex te  
scire quaha haec fuerint diplomata, ut ac-  
curatius in libro oia. exprimam. Item de  
Simone a. 1323. & 29. Inberno quogq.  
(adus.) Theodorium filium Remboldi de  
Haerlem militem a. 1247. sed. ubi scdm  
tum. Simonem militem a. 1247. sed  
ubi quogq. de familijs simile indicium  
eadem petitis, & de . . . necum suum  
. . . te familiaris, & vererem ampo-  
ne tibi molestus sim, nisi aliter d. te per-  
re tua manus, non frater, vel patris poter  
animi tui iudicium, me certissimū omnino  
redderet. Mentionem quere facis nobi-  
lium de Haerlem quondam apud vos, quo-  
rum & bina nomina recenses: si plura  
suppetant, velim de illa scire, & illud quogq.  
superius

superint ad huc posteri nec ne. Tandem adit  
 T. dignitas : oratione Veris Aleyden. quanda rol  
 lectio<sup>gram</sup> de verbis hat & haren, Ver & Veren ab  
 300 recitaz annos in bñi, & cognomine a  
 matribus sumpto, de Joannita insuper Harle-  
 menybus, et multa Kenemarijs oblaudem  
 praetoris Rubenij imposita, & similibus, quae in  
 aliud tempus referri.

Recte sic fecistis aliquando, vix praestantissime, ubi  
 per otium licebit & quogz lubebit.

Nec mea penna tuo se defraudabit honore.

Mitto tibi quaedam opuscula mea poetica qualia-  
 cunque ista, quorum exemplaria mihi superat.  
 restant nonnulla, sed distractis exemplaribus nul-  
 lum tibi mittere possu, utinam haec tibi placere  
 possint! Harlemum addidisse mi ex liberis  
 tuis prioribus (in fallor) intellexisse per  
 bibliopolam eum tibi comparasse : si forte secus  
 sit, libere significa, libentissime eo quoque a  
 me donandus. Atque ita vale & salva virorum  
 praestantissime ac dilectissime quam officiosissime

Inus omni officio

Augustinus

Samuel Ampingus.

Wentsele, Obrechtsele de sarr. d'oprijnige in bevelde  
 hore Arnout Burgell, Obrechtsele. H. H. H.

*[Faint, illegible handwriting on aged paper with significant water damage and staining.]*

S. L. Scripsi superioribus diebus doctissime Cantere  
quid D. Melchior de loco Aristidis mihi responderet.  
si fortasse litera illa intercederint, eussq. nos certio-  
res fieri cures molestum non erit eadem alius lek-  
ris repetere. Jam vero coniecturas D. Melchioris  
et medici cuiusdam Rom. de duobus Achei versibus  
ab Atheno in Fragmento a te edito citatis pauca  
(ut tempus postulat angustia) perscribam. Contro-  
versio inter eos fuit de uno <sup>to</sup> Egyptio, adeoque illos  
Achei versus in quibus et Cyprii lapidis et unguen-  
Egyptiorum mentionem facit uterque aliter atque  
aliter intellectos; ad sententia suae confirmationem  
adduxit Rom. qui antiquorum librorum parum certe  
erat instructus, fide (ut aiebat) codicis Fornes.  
legebat. Εἰς αἰγυπτῶν τῆς χηρᾶς κίτρου λίθου

Δαδου νεβρου 24.

Melchior hinc alia est commentatus, q. paracelsia spe-  
re visa est. Εἰς αἰγυπτῶν τῆς χηρᾶς 24.

Δαδου νεβρου 24.

Quasi dicat dabit ne aliquis vel offeret manni  
agrestis aut horridae ornatae unguentorum Egypt.  
At te scygen. Rosenbooc. de virtutibus strontis.  
Laudam industriam, et certe ingenio comita-  
va non caret; Sed respondi lectione mutari  
non posse, nisi verum haberetur ratio, esse n.  
fambicos

Fambicos trimetros. Addidi in super meam mte  
pretationem (vide quam mihi hui fuerint tres  
aut quatuor voculae vix intellecta) In sum  
ponum leuigantes, vix nitorem manni copata  
tos, dant ornatum Cyren lapidis, et bnguet<sup>2</sup>  
egyptiorum. In quem vsum de Capolitani Sodis  
Laponem, linimenta Sebarca, Sibetum, musum,  
Variaque acronata spirantia. sibi comparant.  
hoc summa festinatione praxi, quia serus de  
D. farobi olim consiliarij nostri discessu sui  
admonitus. Sed quicquid est ap. te manibus  
deum, et si fortasse aliquando ad nos scribis,  
vorum nisi id in cartula fiat (separata) min  
tionem non facias. Bene vale. Ammorum  
D. D. Lathano. An. sal. 1567 die May. 24

Taus Petrus Hagerbeets.

<sup>in maxime.</sup>  
Augustinus Doctoris titulo insignitus Breui istic  
rturub. Salutant te. D. Burg, Masin, se. meus  
ac oes nostri conuictoris, inter quos officiosus  
Cyracus.

Ad. D. Joem Heurnium Mel.

\*  
D. D. Excellantiss<sup>mo</sup>, praeceptor Venetando.  
Vob. D. Joes. Ruyss junior a vobis consilium piti  
turus, me quem ille curationi suae vna cu doct  
collega meo Johne Haestio praefecit; ut parvis  
totam

totam morbi et symptomatum huius amplexorum  
 historiam tibi enarrarem magnopere instigabit  
 ut ea quibus nunc prematur Symptomata una  
 cum suis causis (morbis dico) tuo potissimum  
 consilio elidi & extricari possint, aut saltem  
 (si istud consequi non liceat). aliquatenus imminui;  
 fretus nimirum limatissimo iudicio tuo, cui profecto  
 (nec immerito) tantum tribuit ille, ut unum  
 hoc instar omnium velut Apollinis oraculum, sit  
 amplexurus; fretus insuper creditione tua singu-  
 lari, quae in te summae humanitati coniuncta  
 vixit expleverit; Omitto amicitiam et familiari-  
 tatem, quae inter vos vetus. Itaque ut pariter  
 hanc salutem exordiam. Corporis habitus sic noster  
 age est, mediocriter obeso, facie florida, etate  
 attingens 20 circiter annuum: quem varia nunc  
 exercent Symptomata; Melancholia hypochondriaca  
 tremis vitio enata, suis symbolis sese in lucem  
 proferens (vnde et stomacho illi interdum molitur  
 ab eod. tempore fonte) interdum & huius quaedam  
 cordis palpitaciones; nec non insomnia terrificae  
 et tumultuosae ab imaginatione depravata  
 (affecto per sympathiam cerebro) et memoriae non-  
 nunquam oblatio etc.

Vale vir clarissime, et vero fidus nostrae artis.  
 Hactenus currete calamo ut vides. Dicta n. viciis  
 qua scripta haec mihi. Ultrarecto 1595 25 huiusmodi.  
 Tuus totus Gualt. Vorsoeius.

Satis constat Henricum Luxemburgicum, patrem Hen-  
rici VII Imp. memorabili illo varincano prelio ami-  
fisse vel duos, vel iuxta alios tres. Mussatus  
dicit etiam perdidisse duos privignos. Quæritur  
qui hi privigni, & apud quos aliquis de ijs legatur,  
& cuiusmodi illud sit. G. Vass.


*[Faint, illegible handwriting]*



Faint, illegible handwriting at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

The first part of the paper  
 is a list of the names of the  
 persons who have been  
 admitted to the office of  
 the Secretary of the  
 Board of Education since  
 the year 1850. The names  
 are arranged in alphabetical  
 order, and the date of  
 admission is given in  
 parentheses after each name.  
 The list is as follows:

(The following text is extremely faint and largely illegible due to fading and bleed-through from the reverse side of the page. It appears to be a list of names and dates, similar to the text above.)



Ex autogr.

Salve compater Karolus. Si forte contin-  
 gat ut in his provincijs, quas nunc accedis  
 impetias aliquem Cantinm / seu equum / ut  
 dicunt rastroatum nigri pili & cauda nud-  
 mntm item & ornatum, obsecramus, ut illum  
 nobis emas mittasq; fide nuncio p Hispaniam  
 aut aliud ite tutum; et prestabis nobis non  
 solum vram gratiam; sed et dependemus denarios  
 quos ea causa impendebis, Gusto aduatore  
 qui te seruet. Tuus Compater Joannes Ar-  
 cheps panormitanus.

CLARISSIME VIR  
 Nobilis ac Reuerende Domine  
 D. DECANE S. P.

Litteras tuas et adiuncta munera quam fidelissime  
 mihi exhibuit reddiditque nobilis et reuerendus vir D.  
 Adolphus Benyse de Velloz. Et accidit hac tua liberalita-  
 te, Amplissime et nob. Dne, ut summopere felici meae  
 gratulor negotiationi et fortuna qui pro exigua ad  
 D. v. exposita cymba, mentem carbasum et preciosis  
 meribz instructissimam narem, recosum,  
 Historiam tuam SVBARDICAM. Cuius lectio cum  
 summa voluptate me affecerit, cognitione, quam  
 ex ea variarum et memorabilium rerum; tum bene  
 profuit, quam plurimum, salubribz et prudentibz mo-  
 nitis, quae in ea. Utinam adducaris, ut simul et  
 inceptum olim arte opus, sed (quod scribis) diu nq;  
 lectum, Illustrissimorum Borbonis Ducum historiam  
 propolias

perpolias aliquando perficiasque: Digna profecto  
matéria facultata tua et copia; claritudo  
insuper ingenij tui Amplitudinis & dignitatis  
comitabitur gentis huius gloriam et serenitatem  
accidetque hinc inde vobis Lucis amplius a multa  
lucis et claritate. Quopropter oio credididem,  
CONDEVM principem scriptis primarium maximi  
beneficij loco habiturum; si sane provinciam susci-  
pias. Attamen <sup>tuus</sup> de eius adfectu ad te perscrutari  
potero, non negligam. Opus tuum de origine  
& progressu templi D. Virginis in urbe Ultra-  
rectensi, valde mihi placet, scitu lectuq; longe  
dignissimum. Ego pro munificentia tua et  
singulari in me benivolentia (de qua etiam  
multa mihi perscripta sunt a misis ministris)  
gratias tibi habeo immortales, vultu et ob-  
sequantia testaturus me tibi, tuis maximis in  
me meritis esse debinetissimum obstrictissimumq;  
207. Nobili erudito humanissimoque viro dno of-  
fensio a vellos, ita ut petucas affirium nemy  
detuli et obsequium insuper si quid iubeat quod  
possim, obsequar quandoctunque. 207. (D. 1000)

68  
6

Salve plurimum, clarissime Consultissimiq;  
Dno Adfessor. Litera, quas mihi a vobis  
attulit, vxor vestra, sane gratissimam  
fuit. De valetudine vero quod no ad  
bona aut continua esset, contristatus  
sum: hoc ty solabatur, quod malum  
illud non adeo persistat aut perpetuum  
est, sed per interballa requiescit, con-  
suetudine interdum, stiamsi morbi ratio  
difficultate ebullenda videtur. Sed, mi-  
one, ita videtur constitutum in humanis  
vt nullu sit perpetuum bonum: bona  
malis, comoda inuomodis misceantur,  
vt relicto ad illa ventura et aeterna  
bona aspiciamus, et a terrenis ad  
celestia cogitationes nostras leuamus.  
Ego et vxor mea mediocri quide sanita-  
te hoc tempore fruimur; at illud no  
ignozatis, Senectute ipsam morbu esse.  
Edificium hoc nostri corporis vetustate  
collabescere incipit, oculorum auriumq;  
acumen hebescit, robur pristinu brisq;  
atque stiam ipsa memoria, deficiunt  
dentes quoq; corrumpuntur, ducunt ad  
terminu

terminum ubi statutum. Lxviii iam annu  
ferre superavimus; fuit illa laborum  
meta, septuagesimus, iuxta psalmistam,  
Annus; neque enim morbi qui me ab in-  
fanzia prope modum debiliorem reddide-  
re octuagenarium illum promittat.  
Et amabo, mi Domine Adversor, quid illa  
vita nisi miseria, quae in somno et de-  
fectibus naturae plenissima. Cum  
praeterita vitae examino, nihil est quod  
me magno opere vixisse gauderem,  
saepe enim graviter Deum meum me  
offendisse recordor: nec hoc vobis  
tempore imminis sum, quin in pluri-  
mis me labi sentiam. hic vita  
superantis fructus est. Magnam enim  
mori velle cum tempus adest, manus  
bene mori posse cum necessitas possi-  
lat: haec didicisse summa est felicitas,  
ut se nempe paratum ostendat, quando  
a magno illo Imperatore vocatur  
ut et prompte ad nomen respondeat.

Quae

de libris tuis scribitis, velle ea confectos  
 esse, sed hi et valetudine bonam et otium  
 requirunt. Ego in patria historia vir-  
 sor, Hedam & Birkam recensio, et notis  
 historicis illustra: feci illud ante  
 annos plures, sed Germani calamitas  
 et mox illis scriptis fatalis fuit, que  
 ad doctissimum Graterum eo valde ex-  
 tente Heidelbergam misera. Si luxu  
 lucem videbunt, sed tamen magis  
 brevis conceditur & inimica huic  
 etati hyems, a lucubrationibus eius-  
 modi me heret. Academia Leidenis  
 viduata nupsit est professori primario  
 Juris Svanenburghio; de alio in eius  
 locum adstipendo deliberatur, plures  
 indigenae ad eam aspirarunt, verum  
 Curatoribus visum e re Academiae  
 esse, aliunde vocare alicuius non  
 virum et in proxi (ut dicimus) ver-  
 satum, et merito quem Syndicum Bre-  
 mensem denotarunt. Si vos ad eius-  
 modi conditionem inclinatis, comoda-



onus sum temporale mihi mentio per  
professorem vestrum hactenus nostrum  
dofte: Quicquid saltem per hunc unum  
re possitis et studiis vestris magis co-  
modo, ut dignitatis minus accede-  
ret. Haec eo scribo, quod ex litteris vos-  
tris intelligam vobis constitutum mi-  
nori hactenus functo velle remanere  
re, quod et vobis indicavit. Si vobis ad  
haec animus inclinaret, eis tentari  
quasi vobis ignavis potest. Sed haec  
sufficiant longius quicquam obagatus  
sum et extra limites Epistolae.  
Vale ergo clarissime consultissimique  
Dne doctor et Adfessor. Concedat  
vobis Deus o. m. cum meliore sanitate  
vitam et animi vestri sententia prospera  
inquit v. d. obsequantissimum amorem  
peragite. Sui n. et vobis ex animo  
vobis. Az Buzellig fc

Trarochii Batavis  
 prid. Kal. Sept. 1632.

Amplissimo, Clarissimo consultissimoq. V.  
Dno Henrico Eppio f. v. Doct. et Adfessori  
curiae provincial. Gostofia ap. Amiran respici

6 4

Salve Scriveri doctissime, En tertium iam  
 scripto post tuas ultimas, ne me vestri  
 oblitum putes. Et cum scriptiois sup-  
 si a lectione cap. 6. theatri Hollandici  
 a. Zuerio vestro in lucem dati, in quo  
 agit de HOLLANDIA insignis. Video illu  
 ex Virgilij istis versibus:

Clypeoque insigne paternum  
 Centu angues circumq; gerit serpetibus Hydra.  
 Infere velle, olim tunc hereditaria fa-  
 miliarum fuisse insignia; sed meo iudi-  
 cio fallitur: potuitq; filius clypeo  
 paterno abvio uti, ut et alijs eius ar-  
 mis, non tamen inde sequitur heredi-  
 tarium illud fuisse signum & ad poste-  
 ros, imo & omnis eius familiae aut  
 stirpis pertinuisse. Non nego quidem  
 nec unquam adeo veteris historiae ig-  
 narus fui, quin viderem in militia om-  
 nis signis usus fuisse. tan populos integros  
 quam Reges ac principes, atque etiam  
 priuatos. & rasi vel pro libitu in cly-  
 peis depinxisse quada vel ornatus  
 vel etia differentia causa, quod me  
 lius

Ho-  
 rati-  
 ab  
 ali-  
 ne

agnoscitur. Ius inter se distinguerentur. Et plene  
sunt eius moris ut veteres itaque  
medie etatis scriptores. Hoc vero quod  
quod dixi semper, hereditarioz  
insigniorum quibus nunc utuntur mo-  
rem usumque recentiore esse, nec  
ante a. a. C. N. millesimum ullum eius  
apud probatum quidem auctore me  
invenisse vestigium. De Aquila bicipiti  
que ibidem tradit Zuerius oio probare  
non possum, cum oculis meis quoti-  
die contraria usurpem, bicipites nempe  
Aquilas Imp. Caroli ante Carolum  
V. Et tu, mi scribere scio mecum  
sentis; neque n. hispanie signum  
esse Aquila, neque Car. V. Imp. prima  
bicipitem Aquilam gessisse Hispania  
Imperijque Aquilas coniungentem. Ruz  
adeo manifesta est, ut longiore de-  
monstratione no indigeat. In numis  
Maximilian I. Caroli V. aui, in pictis  
scriptisque imaginibus, libris quoque videtur  
eo vivente, bicipitem passim invenio.  
hoc

Hoc falcor, quod in signis Regum Roman.  
 ante Imperium adeptum Aquila bini  
 capitis usitata, qua ab Imp. distingui-  
 tur, et ea forsitan, Zuerius respexit.  
 Antiquiora possion adferre si res postula-  
 ret, tu hysce contentus sis, sero, in re  
 tam obuia. Insignia ab Orientalibus  
 populis debita palestina quidem non  
 venisse iuxta cum Zuerio arbitror  
 sed circa illa tempora vel paullo ante  
 varietatem illam insigniorum orta ex-  
 cogitatumq; in lucemq; protractam,  
 ob distinctione tam frequentiam  
 populorum arma in Orientalibus, puta-  
 tis quidam psuasione iumentium, non  
 adeo vero ipse absimile. Atq; ita videt  
 res ea inter nobili genere natos, et  
 militari virtute celebres, in arte quasi  
 deducta, hereditariaq; facta, quo inde  
 familia ut et ex cognominibus inter  
 nostri dicitur melius possent. Si q;  
 ys certiora attulerit libenter ei redam.  
 Hoc nihilominus asseuerare possum, multa

vel nulla  
 que <sup>comptura</sup> ~~comptura~~  
 tanta vel ab  
 aliquo de  
 ante distingue-  
 batur.

me signum vidisse. (Sigillū nō dico,  
capite quippe alicuius s. vel primivis  
insignita vidi) cuiusmodi quod contu  
a<sup>o</sup> 1198 datum fuit. Massomius Landat  
Memorantiorum insignie a se bisum  
paulo antiquius a<sup>o</sup> mense 1179.  
Non quod extare nō solum, sed raris  
admodum putem, temp. Regum  
principum diplomata firmata olim,  
vel manus subscriptione, vel sigilli  
effigie aliqua notati impressum  
vel principalis characteris expressi  
one, sicut vico Imperii, Regni, vel  
familie signa addita. Ad Hollan  
dorum, Lotharingum, quod attinet deduc  
tum a Trojanis, Aquitanis, Nor  
mannis, Viennensibus. Equae haec  
interita sunt de Curia non et primivis  
ad similitudinem vicinorum promissi  
sumpserunt suo sibi arbitratu illo  
insignia aliqua distinctione, ne aliena  
usurpasse viderentur, adhibita, quasi  
aliunde deducta. An ois alienare  
vrum

rerum occupatoris, tyranni et inbas-  
 us habendi. Et longe optati magis  
 placent. Scilicet nullus in patria phropheta  
 est. Annu aliquis indigena contem-  
 patrie inbasor ad eligi a pop. in ducem  
 potuit; vel aulam militiamq; maiorem  
 principum secutus ob virtutem modera-  
 tionemque ad pfecturam pervenire  
 qui paulatim vel sponte populi, vel  
 Regibus ammentibus ad culmum honoris  
 ascenderet: Sic ante nostrum seculum  
 Emdensibus contigit. Non nescimus quid  
 Tacitus de Germanorum moribus olim  
 rettulit, qui in bello sibi duces eligebant  
 eoque finito privatorum instar eosdem  
 habebant, qui tum equali cum ceteris  
 iure vivebant. Ex talibus tandem  
 vel ambitione duculi, vel iniuria m-  
 titati, vel favore Imp. aut Regum,  
 (qui suprema sibi in has gentes potesta-  
 tem arrogabant) adiuti, vel populi  
 tandem ipsius persuasione affecti, du-  
 ratum retinere, et in popularis domi-  
 nium

minimū sibi afferere poterint. Tu  
mi Scribere, arbitrare qui mīcū  
Gerulfos, Theodoros, Waltarios, Hat-  
tones indigenas non ignoras; sed  
extra hūm per diueticula curro, ad  
supra veniamus. Quae adferuntur ex  
Gerbrando, vides ipse quam fabulosa  
illa sint. Quae per Heda adfert, quā  
nihil probent. Sed si a Normanniis  
sa signa repetere volumus, Statuimus  
oportet eos Comites originē Nor-  
mannos esse, quod nullus adhuc  
tradidit, nec. n. vero est simile eos  
voluisse a terra sua divitoribus sua  
mutuare insignia, et tantam cla-  
diam ante oculos inbiū statuisse  
monimentū. Et quis nos doceret  
an Leo purpureus eo tempore norma-  
norum istorum fuerit insignis? Ex  
Aquitania Normannia inditium, forte  
sapiet; ea ego posteriorum tempore  
te puto. Eo a. more btimmur, et sup-  
tores a duobus, tribus seculis id mīmū  
vltima.

Usurpant inducta ut simplicem ac pura  
 antiquitate presentibus moribus cor-  
 rumperent, ut quae ipsorum temporis  
 fiebant, prioribus affingerent. Heral-  
 Dorum (ut dorant) otia his magis oc-  
 cupata olim fuisse non ut raras prin-  
 cipum originis redderent, sed fabulis  
 similes; adeo ut omnium nunc populorum  
 principum familiariumque principia  
 laborent et non uno Hercule indigent  
 qui hanc Lernam purget. Tu Scribae  
 Zuerius, Vosius, quibus sufficiunt veris  
 et fauet blandior ac fabentior ipse  
 Apollo, ut incepistis, praestite lucem  
 brevi videbimus tibi nubeculis remo-  
 tis sereniorum, quae te praeside iamdu-  
 dum radios veritatis emittere cepit.  
 At iterum vagamur. A principibus  
 ad Nobilitatem veniamus; ea potif-  
 simam ab armis habet originem, utpote  
 qui bene se fideliterque in bello praebant  
 premia virtutis capiebant baltheum  
 Squestrem; horum posteri vulgo exempli  
 Nobiles.



Nobilis dicebantur, insigniorum nominum  
prærogatiuis distinguebantur, donec vel  
ab ignorantia vel paupertate fatali  
rerum ordine desinunt, nobis quædam  
artibus orirentur, eâ difficultudine  
ut rectè dictum sit, Reges ex pastoribus  
pastores ex Regibus ortos: id quæ ad  
verum esse puto, ut nullus sit hęc mi-  
dicorum posteriorem, si memoria maio-  
rum a centenis vel millenis annis  
conseruasset, qui non aliquem inter  
suos maiorum gentium heroeni numi-  
rare posset. Sed pergo et hoc a te, mi  
scruberi stice dphora, quid sibi velit in  
elenco nobilium familiarum distinctio  
illa literarum vulgarium et Romanarum  
anne hæc extant, illa esse deserint.  
non puto. In Brederodiorum origine  
enucleanda, verior ut rem tetigerit.  
Igo ceteri Teylingos prioris inbitione  
nec Brederodios longulante Wilhelmu  
Regem. Hamcomi eam re auctoritas  
mibi pquam exigua est, et cum Hunibal  
do

do sub cuius larvâ multi impunè fabulâ  
 tur; eundè comparo: certe triumphatib  
 is cum Syrido et Furmerio constituit  
 corruptissimè historia, vel corruptè salte  
 promodendè. Imominatus sic scriptor  
 in Brederodiam gentem iniquos vice  
 rejicit, sed illa diplomata ante Wilhelmi  
 I etatem conscripta, quorû is mentio-  
 nem injicit, in quibus et nomen et  
 sigillû Brederodiorum comparuit, in  
 Hollandia etiam extare dicit, oculis  
 meis sustrare baldè vellem. Leckiana  
 gens a Brederodj, ignoro, antiqua  
 sanè est; cuius stemmatis partem iam  
 olim vobis me misisse puto, cum suis in-  
 signijs et sigillis. Latius in genealog.  
 nis saepe hallucinatur; nec minus in  
 Brederodj fallitur Dinterus. Wakra-  
 uij inter posteriores, nomen habent a  
 Valckenburgijs, nam Wakrauij Valcken-  
 burghij dñi filia Beatrix Theodorici  
 Brederodij circa a 1350 uxor fuit, unde  
 et eius posterij Valckenburgica insignia  
 cum

cum suis aliquamdiu coniunxerunt.  
perito. Ex hac (inquit Zuerius, Wasena-  
ria nescio) Daberwordij pullulant  
Borchorstij, Barchorstij, polani, Ma-  
thensij, Warmondij: An vero om-  
nia sunt hęc, in Mathensijs salto  
qui nunc sunt et Buchhorstij Dubito.  
De ordine Farobato videtur hęc  
altecuisse imposturam Butkem, qui  
merito nimirum illi portento mendati-  
orum tribuenti non semel imposuit.  
De Agriculis nobilium in numerum  
adscripitis, vulgi fabulam esse semper  
credidi: nam si vera ea essent,  
minime illi latebant, quin ab alijs  
ex veteri nobilitate in lucem dudum  
fuisent protracti, ne scilicet noboru  
istorum hominu sanguini (nostri  
nobilium fastum) miscerentur, sed  
p̄ istis ex abita nobilitatis prerogativa  
colerentur. Sequitur index virorum  
q̄ ex equestri ordine sub singulis prin-  
cipibus floruerunt; sed vnde is sum-  
tus

tus, ex indubitatis monumentis, an ex  
 Vernaculo nro chronico, quod sane in  
 antiquioribus istis nondum certam  
 fidem invenit sine alio test; et sunt  
 sub quatuor primis illic positus prin-  
 cipibus, quae desiderem. Extractum ex  
libro hystoriarum rrf. nisi sit ex  
 officina Butkemanâ, impediti alicuius  
 Hazala (ut vocant) iustus ep: sed ore  
 suo se prodit indicio: Dns theodorus  
 de Lunde et sede clamabat Aspremont;  
 ex Butkemj arimney. Dns Arnoldus de  
 Hffelstain clamabat Amstel. hunc post-  
 erorem nunquam habeo plura eius di-  
 plomata, sigilla, aliaque monumenta  
 cum Hffelstemj cognomine repereri;  
 verum Amstelj cognomen obliquè re-  
 tinuit, licet in signo parum mutavit.  
 Sed cognomine et Giselbertus eius filij  
 dum rex adhuc scribi voluit. Sed rarij  
 Hfino Scriberi Doctissime, quaeq; hic in-  
 dicanda se putari, no aliqua exphende-  
 reudi prurigine, sed veri studio ad te pro-  
 amiat.

amicitia iure frivola, quae si cum aucto-  
re coacta volueris per me licebit,  
modo non ex his sit, qui foenum in  
cornu (ut dicitur) gerunt. Nam sit  
quidam eius aetatis, fervido adco inge-  
tuo, ut implacabiles adversus bene  
momentes suscipiant iras: Ego vero  
memor te nostri dicentis, etiamsi  
alterum in pedem in sepulchro haberet,  
distendi nihilominus propudum fore,  
me quotidie aliquid addiscere gaudeo.

Vnum praeterea occurrit: Quae de vo-  
cabulo Elo & scelo in diplomate Oroni-  
ano suggestis, gratia admodum fuisse, et  
tecum sentio, unicum verbum interpreta-  
tione geminum factum esse; sed quod  
ibi ~~stet~~ legendum, et antiquitas  
vulgaris eo denotari putas, ingeniose  
illud quidem, adversari tibi videtur  
quod vulgus habeatur inter feras  
ignobiles et damna inferentis, a  
quarum venatione non tibi minus  
arceat, sed et praesens inbitare omnes  
solent.

Id et Laurus  
de migr. quae

solent: sic de luxis constituta sunt p̄-  
 mia sapientibus nimis exclusi, ne-  
 minus vulgus pullozum et colubarum  
 quam luxu omnium pestes sunt: quæ  
 consideratio facit, ut mēsa mihi adhuc  
 adhereat opinio, ut retineam quæ  
Teutonica lingua est. sive Eckvelt ap-  
pellantur. Nam tales fere per totam  
 Germaniam principum venationibus  
 serbantur. Jam vale clarissime  
 Scribere, et Bugelinum tuum amare  
 prout qui quid agas, quæ valias,  
 de studiis item tuis rectior fieri pre-  
 cupit. Ex Museo nro Traiecti ad  
 Rhenum prid. Kal. Sept. a<sup>o</sup> c. 1632.

S. P.

Clarissime Dne professor. Triumphos tuos  
 principi patriæque ductos, viribus lit-  
 tissimis constantibus Doctor Borzæus mihi  
 a te tradidit, et una salutem, quam tuis  
 verbis ex a<sup>o</sup> reddo; Tibique pro domo  
 isto gratias me debere profiteor magnas  
 eo potissimum, quod sint mēis animi  
 Tui

tui erga me quam benevoli, & simul mi-  
hi memoriam Equae semibus debilioz  
(ut solet) referret interdum. laudare  
illud rarmen, ut miretur sed sis, quo  
in loco tua illa apud me sint, &

Vino vengibili quam suspena hederæ  
opus non ~~habitant~~ Magna hac astah  
nem praestitit Principi, ino debili  
diligentia, & virtute haud satis ex-  
primenda, cui et cumulus quotidie  
arcedit cum hostium confusione.  
Sed dicam, huius Bartae, deo imprimis  
gratias intendit debemus, debemus  
et principi, at, in aurem hoc addo,  
si tertiam urbem, ita nobis expugna-  
ret, venire ut fundum publ. et in-  
venire possimus. occurrat illius dicit  
qui, cum post cruenta satis victoriam  
si congratularentur amari, at, inq,  
sic iterum sic vicissimus, sperimus. Non  
nego quidem Rectoribus patria nostra  
ratione constare, verum nescio quam  
senectus meticulosa sit, semperq. perora  
timat

timeat: experientia cautiozem reddat  
 exempla docent, secunda res suspicio-  
 nes auertent. Fortuna nempe vitrea est  
 cum splendet frangitur. Neptunus vltima  
 nobis fabentior est, hinc in et fundus  
 Reip, et vires ac tutela quærenda. Nil  
 vlla unquam Respubl. magna aut potens  
 fuit, nisi cum mari dominaretur.  
 Exempla sunt, Carthago, Athenæ, Syra-  
 cuse, quæ et ipsa Roma, quæ tunc max-  
 ime florebat, cum mari potiretur.  
 Vnde Venetis, Genuensibus, imò et  
 Hispanis potentia maior quam a mari.  
 Sed nimis nos hic solliciti sumus, et  
 frustra quecunq; Deus prouidebit, qui  
 tunc cum punire vult, prudentiâ rector-  
 tibus auertit. At manum de tabulâ  
 et tunc vix clarissimè doctissimè quæ  
 vale rim tuis et nos amare pæde  
 qui te colimus et amamus. Traiect.  
 Calamo festinante v. 7d. sept. 1632.  
 Ex a. sel. Tuus.  
 Az. Busellius.



Q. Dñe Rector, querebas a me pridem, quo  
nove mare illud mediterraneum <sup>Pu</sup>  
internu, quod Suetiam Daniamque  
ac regna illa Septentrionalia ad finis  
fere usque Europe, intercurret, et olim  
et nunc vocaretur. paucis respondeo:  
plinio Codanum dici sinum <sup>siqq: verby,</sup>  
lib. nat. hist: 4. c. 13. Sevo mans libi im-  
mensus, nec Riphæis iustis minor, immare  
ad Cimbrozum usque promontorium if-  
ficit sinum, qui Codanus vocatur, reer-  
tus insulis, quarum clarissima Scandi-  
nabia est incomperita magnitudinis  
paulo post: Nec est minor opinione  
Finingia. Cui eo antiquior accedit  
pomp. Mela lib. 3. c. 3. Super Albim (ingh)  
Codanus ingens sinus, magnis parvisq;  
insulis refertus, et in eo sunt Cymbræ  
& Teutones, ultra ultimi Germani  
Hermiones. Tacitus videtur mare Sue-  
vicum vocare & Germanicu sinu.  
Quidam (aut p̄co loco Plinius) hæc habita

zi ad Vistulam usque se, a Sarmatis, Venedis  
 Syris, Hyzris, tradunt. Ptolomæus Ve-  
 nedicum, vocat. postea vero Balticum  
 mare appellant ad nra usque tempora,  
 et vulgò de Balt. cuius et bœstigia  
 in plinio loco supradicto extant, cum  
 ex Xenophonte Lampyaceno nominet  
 insulam Baltiam immensam magnitudi-  
 dinis. Hodie mare Balticum etiam a  
 doctis dicitur; a nostris vero mira-  
 toribus de Oosterzee, quod versus Da-  
 niam ad Chersonesum Cymbricum per  
 fretum Danicum, de zondt vulgò dicti  
 Oceanus Septentrionali vel Germanico  
 iungitur. Interiores aut quos efficit  
 sinus amplissimos nempe Laplandiam  
 versus Botanicum et sinum Finnicum  
 appellamus, qui Fimmorū & Livonia  
 littora lambit. Habitant nunc circa  
 littora Germani Meckleburgenses,  
 pomerani prussi, qui olim Vandali  
 Vinuli et Heneti dicti, tū etiam Heudi  
 Sorabi, Rugi, Sclavi, qui postremi omnium  
 gentium

gentium Septentrionalium Christianam  
effecti sunt, verum longe alio ritu  
ac modo quo primi illi Antistites  
solebant, qui pietate, exemplo, doc-  
trina persuadere conabantur, at  
hi armis, ferro, igne, roarti <sup>vultu</sup> vicig  
Christianismum profiteri quam  
ex animo et veritate Christianum  
credere

Exscriptum ex lris Cambrary ad Suetonij  
Regem cuius erat Cancellarius. v. d.  
v. d. nostras legatus, Scripsit 15. Sept. 1670.  
et a Caesare interceptis

Sunt vero non pauci in collegio, qui cum  
mercatoribus sint verentur in hoc hor-  
tium ipsi. occidatur; atq. ita interci-  
piatur privata utilitas. Quis sane pro  
dolor sine exorsura est hoc loco consilijs  
et actionibus. pauci qui publica privata  
tis preferunt. immensum punitur. O ladi  
belli ombra, v. hoc anno incredibile  
sumptus ferre magna spe, magno ro-  
nati. princeps se affligit quod primor.  
dia

dia sui muneris in hac prima Expeditione  
 successus destituit, plures invenerat et  
 ad fiduciam prona est. Accidunt alio  
 terra marique incommoda, quae aere exulcerant.  
 De factionibus internis sine horrore scribere  
 nequeo, neque appareat.

D. V.  
 DAVO ANDREA RIVETO S. P. D.

Quoties mecum cogito vix Reverende in  
 quantum me tua debuerit humanitas  
 quamque apud alios de me perseveris honori-  
 fere, nihil gratius fateor, neque felicius ob-  
 tigit unquam a cultura etiam tenui tam  
 uberes fructus. Atqui iam mirari desinet  
 quoniam ad tanta mihi concilianda bona  
 impulserit ratio; quicumque eas in te  
 nobis virtutes ac colit: cumque vages  
 hac tempestate stelle et caducei plerumque  
 sint, congerierim me ad unum hoc am-  
 ritiarum firmamentum. Nec tamquam  
 ad hoc seculi cuius ignara sum, ut credam  
 male colorum existere neminem, qui bona  
 ostentandi ingenium sui huc me adductum  
 fuisse asseveret: sed Deus mihi testis  
 est.

Handwritten text at the top of the page, written in a cursive script. The text is oriented vertically and appears to be a list or a set of instructions. It begins with a large initial letter, possibly 'S' or 'S', followed by several lines of text. The ink is dark and the handwriting is somewhat dense.

Handwritten text in the middle and bottom of the page, written in a cursive script. This section is more extensive and appears to be a detailed account or a set of instructions. It begins with a large initial letter, possibly 'S' or 'S', followed by several lines of text. The ink is dark and the handwriting is somewhat dense. The text is oriented vertically and appears to be a list or a set of instructions. It begins with a large initial letter, possibly 'S' or 'S', followed by several lines of text. The ink is dark and the handwriting is somewhat dense.

cursum

est quam ob institutum vite genus sa-  
 brissimam populi longe ab eiusmodi am-  
 bitione alienum. Haec quaequam feram  
 lenius quorum ab te confici mihi sum  
 gaudeo tamquam te nullum reliquisse sui-  
 pulo locum: qui pro animi in me can-  
 dore tam benigne interpretatus es oro  
 ut spem etiam hactenus quam in te uno  
 certe magna conceperam fessellus nung.  
 Hinc ut augescere nimirum fiducia  
 amplius non puto te quicquam studio-  
 rum meorum vel nuperum potius re-  
 lare. Annus nunc aut circa est ex  
 quo libellum conscribere gallico (quod  
 tempore virginibus quam maxime pro-  
 bari lingua illius lepos ac elegantia solent)  
 conatus aliquis fuit in quo optimam  
 obij nri partem impendendi rationem  
 eisdem persuadere (licet ab affectu magis  
 quam a verbis) contenda. Quonia vero  
 est ordinem in partibus eius scultu e  
 nihil nec alio loco imaginis inventionisq.  
 quam ombra et tenebra habenda sunt  
 randum cum censui censura tua dignu  
 ut

ut tante nimirum lucis minimè capere  
rem. Nescio tamen quo occulto genij  
ductu ad te utaque ducentur, ut  
suspiciens futurum prosperet, imò ali-  
quando, si Deus faberit, per omnia  
abstacula perventurus. Illam interea  
intimis venerabor precibus ut diu  
incolumen te cum tuis omnibus fiat  
singulorumque exemplo atque omniū  
hoc est, ecclesie sue ornamentum.  
vale vir candidissime et me inter  
amantes ac volentes tui hauri  
postremam cense. Trajecti 12 Julij  
Januarij a. 1632.

Tibi ac perinde optimo cuique  
placere studens A. M. a. S. S.  
Hilberendo Nobili Gemina vultat  
et eruditione claro viro Dno Andrea  
Ribeto S. Theologiae in Academia Bata  
Vorum professori dignissimo Levd.  
Ac clarissime doctissimoq; Dno professori  
post

81  
postmissum ad me de summo rege carni  
tium, ut scripsi, et fatior quotidie  
ad scribendum tardior fio, me me impet  
tu quodam modo impellor. Jam hacten  
a me habe, ne vestri oblitum putet  
et simul hoc additum miscutum quod  
argumento tuo respondet, Gustavi  
nam est Regem et pugna Lipsiensis  
per multa secula memoranda simila  
rum, videtis. Verum illud velim non  
ex pretio, quod perexiguum est, estimis  
sed a quo te suscipio et observo  
intyme. Infinitas temporum Musis  
tuis publicum silentium indixit et  
res solane recedit, quo vivebat. Nimis  
nostri impatientes sunt et precipites  
ac mali virium hostilium estimatores.  
En quanto molimur bellum. Hacten  
estatis gessimus absque ullo tam  
quod momenti cum damno, nam et  
nunc fore precedentis anni victoria  
suffocata



suffragata est. Eructo ab hostibus  
munimento Stephaniano.  
Vidisti arbitror, Antiputranum  
scriptum, virulentum et arribifa-  
te plenum, sed in quo, quod Expe-  
riencia docuit, multa nimis  
quam vera sunt. Nunc ut puto  
ad Induciarum actionem d'imo  
veniendum, ut quo quæso successi-  
si vera ea que Antiputranum  
non uno in loco repetit et inulat  
his fere verbis: Quamdiu heretici  
sunt, nec reddunt Regi quæ  
Regi sunt, semper hostes erunt.  
Et sane ille non abiecit a principis  
sui aut eius consilij mente. Si quid  
secus dixerint, promiserint iura-  
verint, simulatum sunt, insidia  
erunt. Et deceptorum larvæ.  
Verbos Reipubl. dno, delicti schipine  
sueti.

succidimus, qui ad longum tempus  
 potuissent, tam, conservata sacra  
 tectam, si defendere nostra tutius,  
 quam aliena procul a limitibus  
 nostris disparta occupare periculo, si  
 maluissent. Non sic ex eventu, et  
 post factum iudicio, sed ex aeo mo  
 ut tute non ignoras, Longe ante  
 perrepi; me placuisse calida illa  
 consilia tendentia ad compellendas,  
 vel hostes invitos, vel nostros ining  
 inclinantes ad inducias intuta. b.  
 Annus iam est quod cum legatis hosti-  
 um haud dombe instructis, aut  
 procuratoris, ut vocant, debito mi-  
 nitis agitur, sed nullo effectu, et  
 quid demerps ab ns expectandu sit  
 praeter verba non video, nisi Deus  
 aliquis tanquam e margina  
 laquidus procedat ab vndis  
 solamenque ferat. Ita speramus et  
 petramur

39

precamur, nisi qui sedent ad puppim  
sana confidia ne iurgetur nostra  
nabis, distortis gravida, tribus  
exhausta, occultis hostibus plena.  
tam querelazum patis, quas tu  
in Barlae amicissime, cui fatu  
hac scribo, etati mea imputabis.  
Et me tui amantem, amore  
purgis. pro versibus tuis eleganti-  
ssimis gratias ago, sed Argonau-  
tillus qui Gallo nabi prefectus  
sanguinem, post tot victorias pro  
patria fudit, tiomus desiderio dignu  
recte quod Aternitatis templo in-  
scribatur. Vale clariss. Dne. Doct.  
Trauchi ad Rhenu. Nobemb. 1633.

a. tuo

A.

B.

Carissimo Doctissimo: BARLAEO.

S. P.

Nupre, Clarissime Dno Doctore et professor,  
oratio tua elegand sane et festiva de Re  
et ENTE Reali ex dono Tuo ad manus meas

pe

presentibus, curantur conuictate petita, et paul  
 lo, postea eiusdem opera, labore, et transpore  
 Reuerendissimi et nobilitate Veneta, doctissimo  
 Te caemone ornatu partibus factus sum.  
 Propriam ergo liberalitate magnas ego  
 vobis debita gratias, et vobis referre  
 licet, ut quae tibi tuisque per me aliquod  
 emolumentum attulerit possit. Bonae  
 Collegii Hostiensis, cuius collatio ad Pen-  
 tipem spectat, in agro Rhemensi sita  
 non ita pridem Orad. nostrorum decretis  
 venierunt, ex quorum pretio duplo  
 maioris redditus et vorant percipiuntur  
 sunt, qui huius Beneficij fruuntur. Hi  
 sunt quatuor, nempe Sprengelhusig  
 Leyde, fil. Senatoris, de Deleu, Haghe,  
 fil. D. de Amersongis, et fil. dom. de la  
 Tracaria. Si quis horum decedat, con-  
 tinget, vigilabo ut eius in temporibus  
 restitutor fias: meo puta et de futuro  
 desinens nem D. Martinium, qui iam  
 nupte quaesturam honorum Beneficatio-  
 nis, ut indigent, agrum itarectenses  
 aditus

adfectus est. sed hoc impedimenti brevis  
quod alternatim haec collatio veniat  
ad principem & Ord. Et plerique non  
adco ad rem attenti sunt, ut non suffi-  
ciant esse maiora illa Beneficia  
tantum sicut expetita verum et mi-  
nima quaeque deglutiant, quo minus  
Ambitionem et superbum sicut  
Gratior tibi interim liberalium a Suecia  
manum; at vellem ei Heros cuius res  
dignissimo carmine persecutus est, Deus  
vitam longiorem contempsisset. multa  
etiam Rep. Christianae bona haud dubio  
praestitisset; de quo merito dicere licet  
vixit homo nobis celando restituit rem  
Certe is, si quis diu, omnium saeculorum  
memoria dignissimus est nec Henrico  
quidem Magno inferior si non pietate maior.  
Nos hic Hispanicas molitionis audimus:  
at sentunt illi qui nimium istis tribue-  
runt. Sero nempe capiunt phryges.  
Implorabiles gentes inimicitiae, et nos  
quoque eorum blandimentis credant quos  
nec



qui nos servare potens est, et faceret  
si nos non desimus. Medici multa in-  
dicia, in somnis, in aegris, in morientibus  
abservant; & politici Reip. languen-  
tissimas pereuntis symptomata producit  
quae utinam in hac aetate non mature-  
rent. Sed mihi Bartheleorum virorum  
amantissimi querularum hic satis  
in quas aetas haec nostra promoz,  
LXX quippe iam annis ingressus  
sum, et ad terminum propicio  
curam aetate aliquo modo reforescit  
hyemis inimicus, quae mihi longior  
fuit quam vellem. Te aliquando  
dordero de patre; et iam post aliquot  
annorum moram Lugdunum ad nos  
proficiscor, quae forsitan ultima de-  
sint perfectio, tardioris n. ad summo  
sumus. D. Tienhorius, ut is mihi dix-  
it, vos invitavit, ut eius villa ad  
Gheimas, quam ex fundamentis Pura  
nobis in agro Transketensi exstat,  
visum dederis, forsitan te tunc  
vedo.

Videbimus. Vale, Doctissime vir, ab  
 amico et magis tui admiratore  
 haud postremo  
 Trajecti ad Rhodanum May  
 1634.

St: Bugellro.

Epistola tua, Cariss<sup>imo</sup> eruditissq. D<sup>omi</sup>ne professor,  
 procurante genito v<sup>ost</sup>ro Doctore Masaco, misit  
 data sunt, una cum Apologetica alia typis  
 impressa, et mihi m<sup>an</sup>uscripta, pro qua sane linc  
 argu<sup>er</sup>et partem plausiblem, summas ago gratias  
 et referre si quando integrum est ratione  
 saltem tuis me beneficii tui memorare futurum  
 spero. Fudicium<sup>is</sup> videtur, si de hoc scripto  
 requiris, dicam; non minus modesta qua  
 vera retudisti h<sup>oc</sup>is bilis sine ratione vlla  
 turgentem. mit n. ego aut m<sup>an</sup>u, illa cum  
 ipse Croci libellus ipse, ~~libellus~~ hom. vll.  
 ay s<sup>er</sup>u. addictissimus sit, quicquam in  
 tuo Amstelod. vidimus quod repetitio  
 n<sup>on</sup> m<sup>an</sup>u tam arceban<sup>is</sup> m<sup>an</sup>u.  
 Unde illud in te conbitium, ay a Croto  
 proripserit merito nunc dubito, neque  
 credo humanitatis professorum absq.  
 causa vlla tanto in quibusq. furore  
 debarbari voluisse. Illoc t<sup>u</sup> rectum est  
 Conbi-



Vincetoribus istum ex Layolitarum scripta  
sa; quod hominum genus maledicum, in  
vix bonos et cruditos, etiam in ventibus  
suam, ut et ipsa coram in Brabantia  
olim dicitur, primum propositis conbiti  
andi artem docere solent. Quod vel  
ipse Bonarsius in suo Amphitheatro  
satis superlegit ostendit. Quin et paucis  
hinc rei iudicia ex m. ss. apud me hinc  
istorum proferre volui, quo minus  
mi portare, hanc vobis facta iniuri-  
am legere feratis, vel cum maximis vobis  
colui. Respondeo de Scaligero sic scri-  
bit 207. Audet homo Thrasivius et  
huic accedat Miras, sic Exclamans Cani-  
nos Latratus 207. Et quid non audent  
illi mites scilicet et mansueti Sibatior-  
ni imitatores. Sed relinquamus hos  
maledicentiae suae, qui benedictum non  
didicerunt. Mitto etiam quorundam  
monimentorum a me descriptorum, et non  
desunt, si quis ex illis describi tibi possit  
ut videtur tibi, ruredo ad tu veniant. Cum

nuper ad usque doctissime pontane, obiter  
 de Hollandia et primitiva invidabat  
 mentio, et illam vetera Hollandia tunc di-  
 rebam mihi videri, quae nunc Zuythollandia  
 vocatur, indeq. illud nomen ad reliquas  
 principis terras profluxisse suis propriis  
 nominibus distinctas, vel sicut Mosalandia, vel  
 volandia etc. sic olim Itali qui partem  
 Auisonis occuparant nomen totum ad usque  
 Italiae. Sic ab Emathia Macedoniae pro-  
